

afferunt Diod. Sicul. l. 17. c. 84. Plutarch. apud Grot. d. 3. est, ubi de  
*B. & Pac. l. 3. c. 21. §. 16.* quòd, cùm concessisset iter in ca-<sup>facto</sup> Ale-  
*stra, in reditu omnes occiderit;* Quicquid sit de hoc facto  
*Alexandri, quod tamen alii falsò tanti Heroi affingi vo-*  
*lunt, jus certum est; cui concessum est iter tutum, ei quo-*  
*que concessum est, ut tutò in eum locum reverti possit:*  
*is enim demum est itineris terminus, cùm nihil quoq; in-*  
*tersit, an quis in itinere, an in reditu occidatur.*

§. 27. Nec minùs ex his regulis facile deciditur illa ce-  
*lebris quæstio apud A. Gell. Noct. Att. lib. 1. c. 13 An Dux tum per a-*  
*belli, aut aliis mandatarius, mandatum per equipollens imple-*<sup>An manda-</sup>  
*reposit, v.gr. Jussus quis est ex certo loco prædam age-*<sup>quipollens</sup>  
*re ad sustentandum militem, hic verò ex alio loco a-*<sup>impleri pos-</sup>  
*gat. Qu. An excedat fines mandati? Resp. Totum hoc*  
*dependet ex natura negotii: regulariter quidem ve-*  
*rum est, quòd non possit, cùm omne jus suum ex man-*  
*dato habeat; ex alio verò loco prædam agere ipsi man-*  
*datum non est. Aliter tamen potest voluntas interpreta-*  
*ri, licet non ex verbis, tamen ex natura & ratione negotii*  
*mandati; Voluit mandans, prædam ex hoste agi, militem*  
*ali. Hæc ratio mandati est. Quid si ergo ex illo loco non*  
*possit, imminente forte hoste, ex alio possit: Ratio man-*  
*dati probat hoc voluisse mandantem; Voluit enim præ-*  
*dam agi uti potuit, non uti non potuit: utiq; cæteris pari-*  
*bus, & nisi appareat peculiare momentum in loco fuisse,*  
*adeoque & illum ad rationem mandati pertinuisse.*

§. 28. Inde quoque ex regula tertia plurima in Ju-<sup>Exempla ex</sup>  
*re Civili deducuntur, quorum fundamentum est, quòd*<sup>Jure Civili</sup>  
*mutatio non præsumatur, sed cuique negotio in dubio*  
*ea inesse dicantur, quæ ex ejus natura inesse eidem*  
*solent, adeoque, qui contrarium afferit, illud probare*  
*debeat. l. 22. d. probat: Indeque in dubio (1) quis cen-*  
*setur retinuisse domicilium suum, si non constet de a-*